omnesque collectos edidit in libello perraro (repetivit eum quibusdam omissis Caesar Cantù *Grande illustrazione del Lombardo-Veneto* vol. 2 p. 591 seq.) *lapidi Romane e Greche esistenti nella villa Tauro delle Centenere, distretto di Feltre* 1816. 4. pp. 12, additis postea appendicibus duabus p. 13. 14 et p. 15—18. Sed accidit Tauro quoque quod accidisse vidimus Tomitano, ut titulis confictis male deciperetur et ex hoc quoque museo falsorum numerus aeque augeretur ac verorum. Conficti autem hi non inveniuntur nisi in solis appendicibus post a. 1816 editis; ipse liber habet quaedam Tomitana aliaque, de quibus supra diximus, antiquorum falsariorum commenta, sed recens fictos titulos nullos.

Feltria (sic n. 2071 et itin. Ant. p. 280; male Ravennas 4, 30 *Filtrio*) sive Feltriae (sic tituli duo urbani apud Kellermannum vig. n. 99 *a*: *L. Magius Statutus Feltris* et Muratorium 782, 4: *T. Apicius T. f. Men. Secundus Feltris*) oppidum, cuius incolae *Feltrini* (sic Cassiodorius var. 5, 9 scripta *possessoribus Feltrinis* et ita recte emendatur apud Plinium 3, 19, 130 quod in libris reperitur *Fertini; Feltrienses* non legitur nisi in titulo Ligoriano n. 97*), cum Tridento et Berua a Plinio l. c. recensetur inter oppida Italiae regionis decimae origine Raetica. In tribu Feltrinos censitos esse Menenia declarant tituli tres urbanus modo citatus et n. 2069. 2071. De oppidi condicione non liquet; magistratus habuit *IIII viros iure dicundo* (n. 2069) et *praefectos iure dicundo* (n. 2069. 2070) et *adlectos aerario* (n. 2069. 2070), de quibus diximus in Opiterginis p. 186. Memorantur praeterea collegia quae ibi fuerunt fabrum centonariorum dendrophororum (n. 2071). Exigua omnino memoria superest oppidi exigui, demptis scilicet qui multi sunt titulis fictis.

2066 arae speciem habet. Calibacci in agro Feltrino in ecclesia S. Luciae DAL CORNO. Inde venit in villam Tauri *alle Centenere*.

HOSTILIA · P · F
SERENA
L V D R I A N O

Contuli. Dal Corno p. 154; Taurus 1816 n. 15, a quo citantur Tomitanus et chronica Goslini et Pasolii.

In fine V·S de suo add. Cornus.

2067 litteris bonis. Pedevenae prope Feltriam in ecclesia S. Iohannis COD. STAT. a. 1566 ALIIQUE ANTIQUIORES. Ex villa Vellaiana Tomitani venit *alle Centenere*.

L · CAESARI · AVG · F
DIVI · N
AVG · COS · DESIG
PRINCIPI·IVENTVTIS

Contuli. Habent Ferrarinus cod. Reg. f. 151; Io. Bembus f. 101; Guglino in ep. a. 1564 (cod. Vat. 9141 f. 158); cod. statutorum Feltrin. a. 1566 in tabulario Ven. misc. cod. 183; Panvinius cod. Vat. 6035 f. 5'; Ligorius Taur. 8; Manutius cod. Vat. 5237 f. 148; cod. Marcian. 14, 175 f. 16'; Grut. 235, 2 ex schedis Velseri, addens repertam esse a. 1599; Piloni f. 32 (inde Cambruzzi p. 46; dal Corno p. 154; per Brembatum Mur. 325, 4); Cambruzzi p. 40; dal Corno p. 154 (ubi bis dat); Mur. 221, 9 a Brembato (inde Orelli 638); Taurus 1816 n. 8, qui citat Tomitanum.

1. 2 L·CAEION·F·DIVI . . . . AVG Pilonius, addens '*manca il cognome di Adriano*'; L·C·AVO·F·DIVI·N Cornus.

2068 basis magna litteris bonis. Rep. a. 1564 Iun. 27 Feltriae *nel torrente della Cormetta* in inundatione AUCTORES ANTIQUI. Ex Vellaiana villa Tomitani venit *alle Centenere* ad Taurum TAURUS. Ibi est adhuc.

IMP · CAES
C · MESSIO
QVINTO · TRA
IANO · DECIO
PIO · FELIC · AVG
PONTIFIC · MAX
TRIB · POT·III·COS·II — p. C. 250
· P · P · PRO COS ·
ORDO · FELTR

Contuli. Habent Bern. Guglino in epistula d. 7 Iul. 1564 (cod. Vat. 9141 f. 157); auctor de inundatione Feltrina cod. Vat. 9027; cod. statutor. Feltr. a. 1566 in tabulario Veneto misc. n. 183; Panvinius cod. Vat. 6035 f. 31'; Ligorius cod. Taur. 8; Manutius cod. Vat. 5237 f. 148. 184; Borghini ms. Rinuccini f. 96; Pasole *comp. di Feltre* (1580) cod. Cicognae 3264; Grut. 273, 6 ex schedis Ursini (inde Orelli 993); cod. Marcian. Lat. XIV, 175 f. 23'; Piloni f. 16. 34; Cambruzzi p. 70; dal Corno p. 156; Taurus 1816 n. 4. Non recte dubitavit de tituli sinceritate Borghesius opp. 4, 292.

5 AV/ hodie cernitur.

2069 rep. Feltriae post inundationem magnam d. 13 Iul. 1564 ad pontem *della Cormetta* COD. VAT. 9027 et similiter FELTRINI RELIQUI. Magistratus Feltrinos, cum titulum ecclesiae S. Stephani parieti inserere vellent una cum n. 2067, eius rei causa scripsisse ad legatum apostolicum episcopum Vercellensem Guidonem Ferreria eumque id Feltrinis permisisse s. d. XVIII k. Ian. a. 1564; deinde, cum rem non perfecissent, Matthaeum Bellatum titulum misisse Friderico Contareno narrat CAMBRUZZIUS (a quo pendet per Taurum Furlanettus). Patavii apud Ramusios, postea apud Contarenos PINELLI. Ateste apud eosdem GUD. Nunc in museo Estensi n. 17.

delphinus *rosa* *delphinus*
L · OCLATIO
L·F·MEN·TERTIO
PATRI · ET
L · OCLATIO · L·F
MEN·FLORENTINO
FRATRI · MIL
CHOR · PRI · PR *sic*
D E F V N C T O
ANNO·XXIII
L · OCLATIVS·L·F
MEN · ROCIANVS
IIII·VIR·PR·I·D
ADL *&* AERA *sic*
V · F

Contuli. Cod. statutor. Feltr. a. 1566 in tabulario Veneto misc. n. 183; Anonymi narratio de inundatione Feltrina (cod. Vat. 9027); Ligorius ms. Taur. 8; Manutius cod. Vat. 5237 f. 148'; Pasole (cod. Cicognae n. 3264) ad a. 1564; cod. Marcian. Lat. 14, 175 f. 24; Ramusius in cod. Marc. n. 17; Pinelli cod. Ambr. C 61 inf. f. 39 et apud Grut. 555, 2; Pignoria in em. ms. ad Grut.; Piloni f. 17; Cambruzzi p. 57; Gudius vidit (adn. ad Grut. ed. 2); Ant. Angelieri Este 1743 p. 16 (emendat Antibabazus p. VII); dal Corno p. 4; Alessi Este p. 233; Furlanettus Est. p. 82, Pat. p. 131 n. 125 (cf. Cavedoni *Bull.* 1848 p. 103).

Piloni sic diffinxit: L·OCLATIO · L·F·MENEN· (ROSCIANO) III·VIR·I·D·PRIMI·MELIT·COHOR·DEFVNCTO·ANN·XXIII·L·OCLATIVS·IIII·VIR·AEDIL·AERAR·V·F

2070 Feltre ad forum rep. dum fundamenta fiunt domus Iulii Guarnieri.

T · CAELIO · MO|*n*
TANO AVO |
PRAEF·I·D·ADLE|*ct. aer*
L·CAELIO·MON|*t*
ANO·PATRI |
PRAEF·I·D·ADL|*aer*

Io. Bapt. Zanettini *memoria intorno la lapide sepolcrale dei Celimontani* (progr. lycei Feltrini a. 1862).